



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 110. Fridericus III. in Imperatorem electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

devastare. Regnavit tamen Florente Sæcul. XV.
 continuo pace usque ad annum Domini A.C. 1429.
 millesimum quadringentesimum quadra-
 gesimum octavum, ad cuius initium die
 sexta Januarii vitam suam clausit.

§. CX.

*Fridericus III in Imperatorem ele-
 ctus.*

Sub primis hujus anni auspiciis Germa- An. 1440.
 niæ Principes ad Francofordiæ Comi- Trith. in
 tia convenerunt, ut novum Cæsarem Al- Chro. Span-
 berto II nuper defuncto subrogarent. Igi- heim.
 tur die vigesima sexta Februarii concor- Aug. Patric.
 di omnium suffragio elegerunt Frideri- to. 13. Conc.
 cum Austriæ Ducem, Ernesti Filium, & p. 1582.
 Alberti Imperatoris Patruelem. Juvenis
 erat viginti sex duntaxat annos natus, pa-
 cis tamen tuendæ adeo studiosus, ut me-
 rito *Pacifici* cognomen obtinuerit. Jam
 duos Cæsares ejusdem nominis, imperii
 Prædecessores sortitus erat, hinc nomi-
 nis hujus tertius appellabatur, vel omni-
 no quartus, si etiam Fridericum *Pulchrum*
 Ludovici Bavari æmulum numeraveris.

§. CXI.

*Ladislaus Poloniæ Rex ab Hungaris
 in Regem electus.*

Albertus e vivis decedens, duas tantum
 Filias,